



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Magna Gloria Domus Novissimæ, Plusquam Primæ Aggæi
2. c. v. 10. Sive Ecclesia Nova Celeberrimæ &
Antiquissimæ Abbatia Schwarzacensis Ordinis S.
Benedicti Majori Gloria & Honore Coronata**

Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>

Wirceburgi, 1743

Pars II. Magna Gloria Domûs Novissimæ, plus quàm primæ à Consecratore
Reverendissimo & Celsissimo Principe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64359)

PARS II.

Magna Gloria Domûs Novissimæ, plus
quàm primæ à Consecratore Reverendissimo
& Celsissimo Principe.

Gen. Eccl. **Q**uid hoc? me gloria nova vestivit,
Recit. **Q** Dum novus Zorobabel meum Limen
subivit;

CAROLUS FRIDERICUS, cujus auspiciis
Hæc in honorem Numinis
Dedicatur fabrica.
O quanta copia
Lucis me irradiat?

ARIA.

Non tam multo lumine
Phoebea lampas nitet,
Dum deserto flumine
Coeli in axe ridet;
Quantis ego fulgeo
Honoribus ornata,
Quantâ luce splendo
A. Duce consecrata.

Zelus.

Zelus. Quid miraris, quod tanta sis luce circumdata
Recit. A CAROLO consecrata Ecclesia ?

Quò sua ponit vestigia,
Ut Phœbus illustrat omnia.

Monumentum funebre (i)

Lucet ab hoc Principe :

Göfsmannsteini Ecclesia (k)

Nova splendet gloria.

Templa Wiefendtheudensia (l)

Sacravit suâ dexterâ.

En ipse novos Honores

Novos tibi splendores

Gratulatur.

TRIETTO.

Zelus. **G**Aude fructibus honorum !

Prov. **T**andem finis est laborum,

Gen.Cels.dein omnes. Flore perenniter !

Zelus. Nil desideras decoris,

Prov. Hic mei fructus amoris.

Gen.Cels.dein omnes. Flore perenniter !

)()(3

Gen.

(i) Reverendiss. ac Celsiss. Princeps Augustissimum Mausolæum pro
suis olim & defunctorum Electorum Principumque Schön-
bornianorum cineribus excitatum Anno 1736 consecravit.

(k) Ecclesiam Göfsmannsteinensem splendidissimo apparatu dedi-
cavit anno 1739.

(l) Item Ecclesiam Wiefendtheudensem initiavit.

Gen. Eccl. Quid retribuam Principi pro omnibus,
quæ retribuit mihi?

Arioso. Diu Patriam regat!
Suam Franconiam tegat
Armis & provideo
Mentis consilio!

Morbos superi arcete!
Parcæ mortem prohibete!
Servate patriæ
Patrem Franconiæ!

Antè pascantur in Cælo feræ,
Squammeus grex natet in arbore:
Quàm Principem dura fors
Affligat, aut subtrahat Mors.

Gen. Cels. Quæ persolvis vota,
Rec. Mente mihi devotâ
 Accipio.
 Sed omnem gloriam
 Numini debitam
 Attribuo.
 Illi sit soli honor & gloria.

ARIA.

ARIA.

Domino Poli,
Rectori soli
Sit æterna gloria.
Hujus honori
Templi splendori
Laboravit dextera.

Recit. Venite exultemus Domino, jubilemus Deo
salutari nostro: Cantemus in Templo
Domini, quoniam magna est gloria ejus.

TUTTI.

Montes Valles exultate!
Moeni Nymphæ decantate
Novam Templi gloriam!
Templi Saxa triumphate!
Magnam Dei celebrate
Coelitumque Gratiam.

O. A. M. D. G.

ARIA

D. Omnia Dei

Recte dicuntur

Sic creata gloria

Huius honoris

Tantum honoris

Et tantum honoris

Recte Veritas creditur in Deo, sicut in Deo
habetur veritas: Ceterum in Tempore
Dicitur: nonnulla magna gloria eius

TUTTI

M. Omnes Valles exultant

M. Moeni & vallis decantant

Novam Templi gloriam

Templi saxa transibant

Magnam Dei celebritate

Coelitusque Gratiam

O. A. M. D. G.

8. 12.